CIMELIA
0 288

J. SOLFA
LIBELLUS DE CAUSIS
PESTILENTIAE
KRAKÓW
1552.

V
B J
C
288
CIMELIA

LIBELLVS DE CAVSIS, ET CVRATIONE PESTILENTIAE,

Ad præseruationem simul et curam eius mali, omnibus necessarius.

Nunc denuo reuisus, & multis in locis auctus, voluntate Autoris.

CRICIVS LECTORI.

Arcula si Persæ seruabat diuitis illud
Quod ferrū, flammas, funera, tractat opus.
Quonam quæso modo, decet hunc seruare libellū?
Humani generis, quo sita summa salus.
Nempe docet rapide superare pericula pestis.
Qua nulla immenso noxior orbe lues.

CRACOVIÆ, LAZArus Andreæ excudebat.
MDLII.

Ioannes Dantiscus Io. Be.

Hæc rosa quã uiridis monstrat pede Psitacus unco
Quæ tibi cum fuerat stemmatis ante loco
Hanc uoluit Cæsar uirtutis nobile signum
Vtq; illam ostendens Indica ferret auis.



Cim. O. 288
Bibl. Jag.

IOANNES BENEDICTVS REGIVS DOctor, Præpositus Warmieñ. Reuerendis. in Christo patri et Dño d. Petro Thomitio d. g. Episcopo olim Cracouiẽ. et regni Poloniæ Vicecancellario dignissimo.

*

QVANTA CVRA SImul & diligentia ueteres illi pro ualetudine aut amolienda aduersa, aut tuenda secunda adnixi fuerint Pontifex eminentißime, uel uno (ut de mille alijs interim taceam) exemplo patet. Quod Romani perpetuo triennio peste infestati oraculi monitu Aesculapium Epidauro asportandum putarẽt. Idq; & labore & impensis plurimis. Quod natura nimirum duce, rerum omnium horribilißimũ mortem formidarent. Siquidem conceptam uel cogitatione illius imaginem, nemo tam infracto est animo, qui non expauescit. Quo factum est ut ingruente alioqui quouis ferme anno apud nos epidemia & nunc præsertim uicina finitimarum terrarum contagione atq; utinam uano pauore nos concutiente. Mearum quoq; partium duxi tan-

tum malum quoad fieri poßit remedio præuertere. Tametsi enim non defuerint qui hac de re docte simul & luculenter editis etiam libris disseruerint. Non potest tamen fieri Galeno teste, ut arte quapiam quantumuis abunde accepta, partibus perinde omnibus absoluatur. Vnde tot additamenta locupletari scientias subinde uidemus. Hunc itaq; libellum utcũq; congeßi, breuem quidem, non prorsus tamen ut spero, & præseruationi incolumium. & curationi affectorum hoc malo corporum inutilem. Eum Reuerendißime præsul tanq̃ unico & disciplinarũ omnium et uirtutum exemplo, meoq; presertim singulari patrono, amplißim. dominationi tuæ nominatim dicandum putaui. Quod sperarem me sub umbra saltem tui nominis Theoninos illos dentes aut uitaturum, aut confracturum etiam facilius.

Vale dignißime Præsul etiam post fata.

LIBELLVS DE CAVSIS ET CVRATIONE pestilentiæ, ad præseruationẽ, simul et curam eius mali.

PESTILENTIA EST MORbus, contagiosus, ex aëris corruptione in propria substantia, & qualitate causatus: diuersis modis, uarios homines aggrediens, & aggressos ut plurimum repente interimens. Dictus pestilentialis ut Halij in v. de rega. dispositione, quia hominum multitudini communis, uno eodemq; tempore, propter causam excitantem, quæ cõmunis est sczt aërem circundantem, immutatum & alteratum à suo habitu. Licet & à depascendo, quia & depascat & corpora perimat, aut à pastu quem inficit. Pastulentiam alij dictam uelint, contagiosam, quia cum primum unum attigerit, celerrime in multos transfertur. Pestis enim sola approximãtes, ut Aristo. pri. probleu. problemate vij. inficit. Eius autem immediata & particularis alijs causis post dicendis ommißis, causa, est materia quædam uenenosa: circa cor & pulmonem generata, cuius impreßio est per proprietatem uenenositatis specificam, quare cõmunicatis uaporibus uenenosis, per expiratum et inspiratum aërem, fit multa huius pe

Mod9 feb. pestif.

stis extensio & transitus per contagionem. Modus autē quo aer uenenosus & pestilentialis, causat febrem pestiferam: colligitur à principe. i. quarti trac. iiij. ca. de fe. pesti. Ex quo enim sine aere, non est poßibile esse sanum nec ægrum, ut ix. de ingenio, tam propter cordis refrigerationem, quā etiam propter expulsionem fumosarum superfluitatum, conturbantium spiritum & calorem innatum. Spiritus etiam & humores in nostris corporibus, ex xvij. conti. mutationem aeris nos continentis imitantur. Aer ergo necessario attrahitur pro nostra conseruatione per halitum ad cor inspirando, qui corruptus & infectus, occurrens cordi, complexionem spiritus qui in ipso est: & qui nutritur ex aere & sanguine, ut xij. de ingenio sani. à forma specifica corrumpit: et humiditates in corde existentes putrefacit. Hinc accidit caliditas præternaturalis quæ communicat hominum multitudini, qui iterum habent in seipsis proprietatem preparationis: impoßibile enim est aliquam causarum in corpore operari: si ipsum non fuerit apparatū susceptioni eorum quæ illa facit in eo causa, unde passuri corporis dispositio, est maxima particula generationis ægritudinum. Primo de diffe. feb.

De causis pestilentiæ.

CAusæ autem propter quas aer non quidem simplex & superioris intersticij. Sed nos ambi-

ambiens, aliqua trium immutationum, aut in qualitatibus suis, aut in natura propria, aut utroq; modo simul corrumpatur, bifariam ex sententia Auicen. i. quarti. ca. de fe. pes. secantur. Quædam enim sunt superiores seu cœlestes, inferiores seu terrestres aliæ. Oportet inquit ut scias q, causæ primæ longinquæ ad illud, sunt figuræ cœlestes: & propinquæ dispoñs terrestres: Principium autem omnium horum sunt formæ ex formis cœli, facientes esse necessarium illud cuius esse ignoratur, ut sic: interdum etiam ab omni uiuente, & non solum ut Isaac li. feb. parti. v. ca. iiij. à medico ut medicus, cuius speculatio non transcendit sensum tex. illo. ij. Tegni, omnibus his sensu dijudicatis illius Canonis tertij Tegni. Quam forsitan aliquis. &c. Quare de istis causis superioribus, non multum curat medicus, cum corpora supercœlestia sunt signa: & non causæ rerum, ut Doctor sanctus. ij. secūde. q. x. ar. ultimo: & Archidiaconus in Canone si clerici. xxvi. q. quinta. & ante istos Auensoar in secundo suo Theisir, trac. iij. ca. primo. Inquiens, scimus certißime, q, sphære & stellæ &c. sunt res create & generate, quare nullum profectum uel nocumentū poßunt agere uel imprimere, nisi præcepto & uoluntate diuinæ prouidentiæ. Vnde legimus de Imperatore Ludouico primo, Cū anno Christi 848. uidisset horribilem & ualde singularem Cometā: portendentem regni mutationem: & mortem prin- Cometes
cipis,

cipis, respondisse fertur Hegmardo astrologo: non aliud timere debemus, nisi qui nostri, & huius creator est syderis, sed eius clementiam laudare tenemur, qui nostram inertiam cum peccatores sumus: talibus admonere dignatur inditys. Sciuit q̃ppe deuotus Imperator, quod non solum astrologorum, sed prophetiæ etiam pronunciatio: frequenter immutatur, sicut Isaias prophetisauit Ezechiæ ægrotanti: dispone domui tuæ, quia morieris & non uiues: qui tamen sanatus est. & Ionas propheta prenunciauit, q̃ post xl. dies Niniue subuerteretur, nec tamen est subuersa: sed euenit utrobiq; aliter, secundum operationem Dei liberantis & sanantis. Epidimia enim accidit, Zoar teste, quando Deus ipsam mandat esse: & propter nostra merita, aut principum noxa: interdũ seminat noua morborum genera in terris, hoc idem sensit Auiceñ. in x. suo Metha. ca. primo dicens, Intende & attende dispositionem istorum omnium euentuum, & crede quod dicitur de diuinis flagellis, quæ descendunt super ciuitates flagitiosorum: & super homines iniuriosos, sic Dauid propheta. Pluet sup̃ peccatores inquit laqueus ignis spiritus procellarum, prout minatus est Leuitici 28. & ideo relinquo causas istas superiores genethliacis requirendas.

CAusæ autem inferiores & terrestres: mutationis aeris aquarum, aut omnium trium, possunt esse uariæ, prout colligitur ex nostris doctoribus:

ribus:

ribus: primo propter uapores aut uentos infectos 1.
immixtos aeri. Auicẽ. nãq; prima quarti ca. de fe. pes. & quandoq; inquit est illud causa uentorum deferentium ad locum bonum fumos malos ex locis fetidis in quibus sunt ualles profunde & corpora exsiccata in prelio, aut occisa non tumulata. namq; paulo M. fuluio Coss. Locustarum ingens agmen in Africa, uento in mare deiectum fluctibusq; eiectum odore tetro Cyrenis mortifero uapore grauem pestilẽtiam fecisse, pecori hominũq;. DCCC. milia consumpta tabe, memoriæ datum est. Et hunc modum intellexit Rex medicorum primo de dif. fe. ca. 4. ubi inquit ex Ethiopia quædam inquinamenta putrida: apta corrumpere corpora: & febres generare, fluxerunt ad partes græcorũ. Ideo ex antiquis consilium habemus: ut omnino moram minime contrahere debeamus, prope sepulturas corporum mortuorum: propter uapores qui resoluuntur à corporibus ipsorum. Aristoteles etiam in de proprietatibus elementorum, & planetarum libro recitauit, Quod tempore Philippi regis Macædonum duo Dracones in duobus collibus uersus, Athenas insufflabant: unde aer corruptus necabat transeuntes: Scrutata causa, nec ab alio philosopho quam Socrate comperta, qui eos in alta specula prospiciens, lapidari fecit: & sic uia sanata: quod alij fabulosum credunt.
Secundo potest esse causa horum aqua stagnalis & 2.

 lacunæ

lacunarum quietarum, præsertim si in eis canapum linum aut id genus madefit aut maceretur: ut colligi potest de causis putredinis. Vnde Aristoteles probleu. liij. pri. probleu. quod manet putrefit: quemadmodum aqua quæ non mouetur. putrefacta autem ægritudinem facit. Loca etiam sordida, parũ à latriuis & cloacis differentia, etiã sunt causæ horum.
3. Tertio post caristiam & famem, frequenter fit pestis, quia ex mala dieta & cibarijs, humores apti ad putredinem malam & male manerici generantur, ut Zoar uidit in tempore penuriæ comedere herbas malas, & ossa animalium arida, quod erat causa necis repentine: sicut Anno 1517. in Septembre cum essem Bononieñ in studio, & Heluetij in auxilium summi pontificis Leonis decimi, contra ducem urbini Franciscum maria accurrissent, uescebantur carnibus gatrorum et glirium in obsidione: post obsidionem, in castris eorum mortalitas sequuta est. In multis enim eorum febribus, apparebant fuglica apostemata tertia quarti Auicen. & scliros Galeno dicta, prope aurem, cum tremore manuum, & magno fetore, se continue discooperiebant, & noctu surgebant & ambulabant per hospitale mortis Bononiæ: Ego uidens Aforis. xxxi. quartæ parti. Laboriosis in febribus circa articulos & maxillas apostases maxime fiunt Iuueni, quod ista fiebant ob multitudinẽ & uenenositatem materiæ, principalia petentis, canes non gustabant panem quem ægri in manibus habuerunt, qui omnes mortui sunt, in quibus hoc fugile apparebat. Fugiebant namq; omnes ex uiuis. Vnde Auicen. ij. pri. Nullus deterior est annus nec sic adducens ad mortalitatem: sicut annus fertilitatis, sequens annos sterilitatis: uidimus enim multos quibus in tempore sterilitatis cibus defecit: postea in tẽpore fertilitatis abũde repletos et mortuos fuisse. sic Galenus Comen. iiij. primæ partic. Refectio inquit plurima fallit: succedẽs nimie euacuationi, cũ uirtus defecerit, nec cibum secundũ ꝙ oportet potest immutare, & membris aßimilare.
4. Quarto propter putrefactiones in cauernis criptis puteis & antris diu in euentatis aer cum uaporibus in uisceribus terræ inclusus, recipit qualitatem uenenosam, quæ interficit homines cum aperiuntur. Quemadmodum est uidere in antris post criptam neapolitanam locatis, ubi animalia intromissa subito pereunt, prout uidi 1518. et Romæ similiter in apertione cuiusdam Grottæ, & in antiquo Solio in Vngaria de puteo idem uidi, & ita colligitur ex predictis, per malos uapores corruptos, aut sola mala qualitate affectos, non aer uel aqua solum, uerum terræ etiam nascentia corrumpunt & sunt concausæ pestilentiæ. Magis autem attribuitur infectio aeri quam terræ & aquæ: Quia aer putrefactus uelociter propter contractum continuum & uniuersalem quem aer habet

 ad cor-

ad corpus, attingit cor, & facilius alijs ob suam raritatem impreßiones recipit à superioribus & inferioribus causis: etiam quia aqua & terra alterationem quam in nos faciunt, mediante aere eam inducunt in nos, hinc Auicen. dixit: Mortalitas scz. aerea corrumpit arbores & uegetabilia. Ideoq; corrumpuntur animalia quæ illa comedunt, et ex eis peruenit corruptio ad homines qui illis uescuntur, nam ex cibarijs eiusmodi in corporibus hominum generantur materiæ uenenosæ, diu interdum stantes in uenis absq; læsione, interim q cū bonis humoribus sunt permixti, quibus quoquo modo ablatis, aut eductis, expirando ad cor, causant ultimam læsionem. Nonne ualidæ uirtutes totum corpus immutant, sibi simili qualitate? ut succus Allei, Porri, cæparum assumptus. Locium & omnes humiditates corporis alterat: ij. proble. xiiij. Nec inconuenit, posse generari uenenum in nobis, esto

Venenū in hóinibus generari

q nulla dictarum causarum concurrat. Potest enim fieri in nobis uehemens humorum adustio, ex qua praue qualitatis materia fieri, per multas adustionis & putredinis replicationes potest, quales materias antracis, & hestiomeni, & prauorū apostematum generari quottidie uidemus: quales etiam cernimus in pustulis morbi Gallici corrosiuis, quales Ypocra. li. epidi. testatur se in ciuitate Abaron uel Cheruan uidisse, ubi pluribus totum brachium, nonnullis coxa, & ossa ciciderunt: eius-

dem opinionis fuit Galenus, vi. & iij. interiorum ca. ix. quem sequutus est Auerrois iij. suo colligit ca. de accidentibus matricis in medio capituli, & Auicen. i. iij. Ex hoc autem capitulo inquit epilensia quæ accidit &c. et conuertitur id in matricē suam ad caliditatem uenenosam: Quod etiam colligi potest ex vi. quarti. de causis rabiositatis. Nam illa rabiositas quæ nil aliud est nisi generatio humiditatis uenenosæ, generata in cane à putrefactione per quam res mutatur in tota substantia ut secunda primi de causis calefacientibus. Nemo ergo ambigit putrefactiones fieri in nobis, & ita ueneni generationem. Quare bonum est iussu scripturæ, honorare medicos, doctos & expertos, qui ab Eccle. 38.
huiusmodi & mille alijs nocumentis, homines preseruare, licet curare omnes minime possunt. Quod si possent, inquit Hipocra. i. Pronosticorum, iam nō futuri prouisores, sed diuinis prophetis dicerentur nobiliores, Medici enim opera inanis est: sine Dei adiutorio: ut patet de Asa rege. Vt iterum ad propositum unde cum utilitate digressus sum, redeam. Non multum refert, siue reuolutiones decennales Saturni, aut defectus Luminarium, aut coniunctio duorum ponderosorum in aliquo signo humano, siue etiam elementa immutata, sint causæ aliquales pestis: dummodo sciamus resistere, & cuê sit insistendum corrumpendo, ne nos corrumpat. Quemadmodum uolenti ignem domum comburē-

tem extinguere, sufficit scire ignem esse ne nos corrumpat, siue sit ex motu, siue ex concussione silicis: siue etiam ab igne productus.

De corporibus paratis ad hunc morbum.

Corporum autem preparatio ad recipiendũ infectionem est ut sint plena humoribus malis: munda enim fortasse non patiũtur ex illo: posset tamen agens esse ita forte, ut etiam longa actione indisposita inficiat. Dixit ideoq; princeps fortasse, sic Haly Rodoan tertio Tegni, habentes humores laudabiles naturales, corrigunt maliciam aeris, & non patiuntur ab ea. Corpora etiam debilitata patientia inquit sunt ex illo, siue complexionaliter, siue per ætatiuum decursum ut pueri & decrepiti: siue superfluo labore corporali aut animali ut fit in studiosis, siue ex superflua abstinentia aut euacuatione maxime ex coitu, aut quoquo modo depauperata spiritibus et humoribus bonis, sint debilia. Corpora humida similiter naturaliter siue accidentaliter talia. Ideo subdit, corpora multæ balneationis, sunt parata ut ex illo patiãtur. & corpora dilatatorũ pororũ sunt magis parata putrefactioni, à causis extrinsecis proueniẽti: Ideoq; corpora rara, magis pestem incurrunt quãdo aer est causa eius. Corpora autem densa & cõstrictorum

rũ pororũ, accidentaliter ꝓpter repletionẽ opilãtẽ à multis prauis humoribus, magis disposita sunt eã recipere, à causis intrinsecis prouenientẽ: Et ex dictis lector studiosus causam, quare iuuenes et fortes uiri, plus moriuntur in pestilentijs quam senes et uetuli, qui ægrotorum corpora et mortuorum cadauera, impunè uidentur attractare, elicere potest.

De prodigiis seu prognosticis futuræ pestis.

De signis pestilentiæ futuræ, cursu causarum currẽtibus, satis abũde & prolixæ ab omnibus medicinæ professoribus, presertim Auicen. memoriæ datum est. Ideo duntaxat de signis quæ currunt cursu societatis causæ, breuiter disseram, ut hi qui Sydera non suspiciunt, sua quoq; habeãt prognostica. Ex quibus est multiplicatio pluuiarũ, tempore non suo. Quemadmodum anno 1520. à principio Augusti usq; ad finem eiusdem, pluuiæ incessanter durauere: & ranæ simul cum ymbribus in terram delapsæ sunt. Frumenta pro maiore parte in cãpo cum granis suis putrefacta: aut saltem preparata ad putredinem, propter nimiam humiditatem, matrem putredinis, non aliud quã contagionem futuram etiam in brutis prognosticare uidentur. Multiplicatio uermium & animaliũ in terra quæ ex putrefactione gignuntur, presertim rana-

ranarum stincoidarum, quæ hoc anno in tantum numerum accreuerunt, ut etiam loca decliuia & humilia linquentes, ad altiora loca se receperunt. unde Auicen. Cum uideris ranas iam multiplicari, & alia reptilia ex putrefactione generata: copiosam putrefactionem significat, ex qua postea accidet è proximo pestilentia: hoc idem Ioannes Damascenus in suis Aphorismis asserit: In quacunq; prouincia abundauerint animalia ex putredine generata, illo anno generabuntur ægritudines & pestes in corporibus habitatorum. Fecunditas preterea illius anni boletorum omnis generis, arguens humiditatem ultra quam par sit, auctam pestem significare uidetur. Ignes etiam à medio usq; ad finem mensis Octobris currentes, & in Modum columne seu Comæ pauonis stantes, noctu creberrime uisi: uapores multos in aere surrexisse, & pestem significare uidentur. ex summi philosophorum testimonio, 21. probleu. primi probl. Quando ex terra uapor multus ascendit, annus pestilens fit. Quod & Isaac in quinta febrium parte sentit. Frequentia insuper bubonum malorum hoc anno, & cancrenarum, & similium ægritudinum ad corruptionem membri terunātarum: hoc idem prognosticatur. Mortalitas etiam bidentium & aliorum quadrupedum hoc anno non parua idem significat. Experientia etiam habetur de aqua circa arcem Rabstein in Polonia, quæ semel in trigīta, aut circa annis

ca annis

ea annis apparet, alias occultatur & nusquam cernitur. Apparitio igitur istius aquæ, aut famem, aut pestem portendit, & hoc incole loci illius pro firmo tenent, quæ similiter hoc anno apparuit. Pariformiter quilibet districtus regnorum, potest habere prognostica sua ab experiētia deducta. Quare nunc ista missa faciam, ne in longum tractatus iste extendatur.

De signis febris pestilentialis.

NE crederes Auicen. in signis febris pestifere sibi fore contrarium: quod nunc febrem lentam & quietam dicat, nunc fortem esse in flāmationem subiungat. Scias per hoc insinuasse, duplicem modum febris pestifere, & ita sicut febris duplex est, ita & signa eius erunt duplicia, una nanq; febris est quieta lenta, cum pauca uel nulla putredine, de qua dicit quod ipsa est quieta exterius & conturbans interius: secundū plurimū perdens: & quod in ea non percipiat æger, nec tāgens ipsum propinquus multitudinem caloris, quia fumi mali, & materiæ male non debite respirant propter opilatiōem & ob uirtutis debilitatē, & aliquando pulsus et urina non alterantur magna alteratione, & cum hoc ipsa est interficiens uelociter. Cuius rationem dat Concilia. dif. 95. prope finem, quæ licet Thomæ de Garbo confusa, & Gentili uidetur Rhetorica, mihi certe satisfacit, & hæsitant medici inesse inquit Febris lenta.

C eius

eius scilicet febris an & qualis sit & in causa mortis festine, legenda v. de accidenti & morbo, & xiij. tertij de tremore cordis. In aliquibus uero eorum fetet anhelitus & moriuntur, quoniam putredo iam est confirmata in corde. Alia uero febris pestilentialis est cum multa putredine, & magis manifesta habens signa inflammationis, de qua dicit, q. aliquando in ea sunt signa magis manifesta: sczt ex magnitudine inflammationis, Syncopi angustia, difficultate anhelitus, uehementia sitis, linguæ siccitate, nausea, casu appetitus, & si non resistitur ei, cum comestione uiolenter, interficit subito: similiter inquietudine, casu uirtutis, syncopi, magnitudine splenis, tensione ypocondriorum, & fiunt cum ea uigiliæ & commixtio rationis, mollificatio corporis & tepor, & quandoq; accidit cum ea botor subalbida & rubea: & quandoq; est uelocis occultationis & accidunt cola & ulcera: & fit pulsus secundum plurimum, frequens et paruus: et ut plurimum uehementior in nocte, ex ij. humorum. Et quandoq; accidit eis dispositio sicut ydropisis & fluxus uentris. Colericus aut Melãcolicus, egestio lenis feda non naturalis, spumosa fœtida, quæ quandoq; assimilatur egestioni fluxus liquefactiui, Vrina aquosa colerica uel Melancolica: multotiens euomunt Melancoliam & Coleram post ipsam: & sudant sudore fœtido. Et harum febrium quædam fiunt ex putredine colere, quædam flegmatis,

Febris multæ putredinis.

Pulsus

matis, aut sanguinis, secundum plurimum tamẽ febres pestilentiales causant febrem continuam, quia fiunt ex putredine causata intra uenas: & in tota massa sanguinea. Vnde accessio febris est absq; rigore & horripilatione secundum plurimum, licet interdum prima accessio sit cum aliquo eorũ: propter reuocationem caloris, uel quia aliqualis uapor malignus expãditur supra membra sensibilia. Vrina secundum plurimum aquosa, melancolica liuida, aut subiugalis. Quæ si prima die apparet bona: cum ypostasi laudabili: est tamen secunda aut tertia die: cum seuitate accidentium: sicut Nausea, uomitu, dolore capitis, angustia. Verum tamen sicut est multa diuersitas in istis febribus quãtum ad materiam & dispositiones multiformes: sic poterit esse multa urinarum diuersitas, quam proculdubio ueteres philosophi, & medici clarissimi, posteris tradidissent, nisi uita eorum etiam in ambiguo stetisset, hinc uere dixit Gentilis prima primi, doctri. quarta: scientiam de febribus in mundo nondũ esse completam. Is enim ut hanc compleret ex nimia infirmorum requisitione, peste illa atrocissima anni 1 3 4 8. xij. Iunij infectus, post sextam mortuus est diem, & sepultus fuligni circa heremitas. Ferunt etiam Mesuæ cum incepisset tractatum de ægritudinibus cordis, peste tunc uigente absorptũ, & ita illud opus diuinum non compleuisse, inuidia fortassis naturæ. Et quia febris pestilentialis ut

De urinis infectorum.

Cordis cu stodia.

plurimum lædit cor, ideo secundum plurimum est mortalis. i. quarti tracta. iiij. cap. ij. Primum enim occursus omnium: accidentium inquit Mesuæ. Occurrentium corpori est ad cor tanq̃ ad basim uitæ: nec moritur, Galeno teste, animal: nisi suum cor interficiatur: ob id Rhasis in diuisionibus stude ait tota intentione, confortando cor, cum omnia membra permanent per moderantiam complexiōis cordis quinto interiorum colligendū: propterea à principio apparitionis signorum, usq; in finem sine intermißione habeatur magna diligentia pro custodia cordis. Quia uirtus in hac febre deficit & ruit faciliter, non solum prima die, ut Gale. placuit. x. de ingenio ca. ij. sed breuiore etiam spatio, maximè quando aer est multæ uenenositatis, ut in augmento uel statu pestilentiæ, in corpore debili. Licet ergo ut plurimum pestilentiati mortem expectant in quarta die, sæpius tamen in xxiiij. & paucioribus horis recedunt. Quare uide an actio ueneni merito eius naturalis effectus ad precisum terminum, per maliciosos limitari poßit, ita q̃, toxicum Prelato, aut principi (uenenum namq; auro bibitur) exhibitum precise post Mensem aut hebdomadam, & non ante uel post: uenenatum hominem perimat. Ratio autem cur uenenum ex toto genere, principalius repit ad cor q̃ ad alia mēbra? Quia ubicūq; approximatur, conuertit illam partem à forma specifica seu qualitate & uirtute ignota

Venena cor petūt.

ignota siue occulta, uersus naturam uenenosam, et presertim spiritum illius partis inficit. qui est formalior pars nostri corporis, & maxime spiritum uitalem. Cuius modus mixtionis inter cæteras partes nostri corporis: maxime repugnat & contrariatur (quod duntaxat à posteriori scitur) modo mixtionis ueneni. Qui spiritus fugiens à ueneno tanq̃ à contrario, rediens ad suum principium scɀt cor, portat infectionem uenenosam ad ipsum, & facit accidentia peßima Cordiacæ paßionis. Nonne uidemus medicinas quasdam appropriatas Cerebro principaliter: quasdam stomacho. &c. Ita illa membra quibus appropriantur petentes, q̃ nō principaliter alia? sic pariformiter uenenum qualitercunq; approximetur, principaliter petit cor, et repit ad ipsum principalius quam ad aliqua alia membra intermedia. Signa autem hominis ex administratione ueneni mortui à Gale. collige, vi. interiorum tex. illo. Cum enim euchimo alicui natura. &c. nec fidas uni signo. Quia ut deduxi supra humorem uenenosum fieri in corpore humano, & facere protinus accidentia similia accidentibus à ueneno prouenientibus. Ideo non raro culpantur insontes de ueneni exhibitione. Preciosos deniq; lapillos, aut plantas, cæterasúe res, per earum uires occultas, non solum spiritus omnes presertim uitales alterare, & nos ad uitæ opera indisponere: Sed repentinam etiam mortem inducere: inconfesso habe

ſo habetur. Quid enim calidißimi naturæ rerum philoſophi, ſub uerborum hoc inuolucro expreſſerint, q̃ Herculem indutum munere Deyanire, tunica ſelle Lerneo infecta, combuſtum ferant conſidera. Inſignes itaq; uiri, & laqueis amoris irretiti, non dona quæuis admittant, aut corpori applicent, niſi impreßionem illorum repellentia ſecum ferãt.

Queſtio de ueneficijs.

Gentili ſexta, quarti dub. ij. colligenda. An autem hæc ueneficia, à maleficis uetulis, imagnationum ui, herbarum, uerborumúe ſemper conſiant, non obſtante dicto Archi. in Ca. non licet ca. nec mirũ xxvi. q. v. teneo ſaluo meliori iudicio q̃ non. Quia Deus non ſemper permittit hæc fieri, & iſta permißio diuina neceſſario concurrit, imprimis ad omnia talia opera. Inſtrumenta etiam harum, dæmones, non ſemper. Sed libentius ſub uno aſpectu q̃ alio, & ſub una conſtellatione q̃ alia eis apparent ut Albertus ij, ſent. diſt. vij. propter cauſas ibi narratas. Sic Concil. dif. 113. dicit ſe expertum eſſe orationem ad Deum factam conferre pro ſcientia acquirenda: duntaxat capite: exiſtente in medio cœli cum Ioue & Luna eunte ad ipſum, & hoc dicit eſſe, q̃ reges Græciæ obſeruabant cum uolebant in ſuis exaudiri petitionibus, ut ait Albumazar in Sadan, tanq̃ non celerius oratio exaudiretur ieiunijs & uigilijs ex fide factis, q̃ iſtis ſuperſtitioſis obſeruationibus, & per hanc uiam conciliatoris: ſumptam ab Aſtrologis de imagnibus, uolunt quidam,

ſaluare

ſaluare faſcinationes & ueneficia, alio modo quã Auicen. dixerit, non negando principia peripateticorum. Sed redeamus ad Signa.

De ſignis bonis & malis.

QVIA ſuperius dixi febres peſtilentiales, ut plurimum eſſe mortales. Ideo cum principe me paucis abſoluam. Cum acutorum morborum non ommino certe ſunt pronunctiationes uitæ neq; mortis, ex primo ſeparatorum ſermonum Senis, adeo quod etiam diuinatores in hoc diuerſificantur, ut commento. 16. prim. re. acu. & teſte Gale. co. ij. quarte parti. omnis inquiſitio fallax. Nam in his quandoq; perfecti decipiuntur medici, à forciori imperfecti. Nichilominus inquit ij. prognoſ. ex ſentent. Dyoclis cõmento vi. Corpora animalium: eſſe compoſita ex deferente & delatore, dico ſi deferens uirtus & ſpiritus ſubito, uel prima die reperitur debile, & pulſus uelox, frequens, durus, cum pauca reſiſtentia. Vrina aquoſa, cum ypoſtaſi diuulſa, aut ſubiugalis turbulenta & ſediminoſa, cum fetore anhelitus & oris fetore omnium egeſtionum, cum deiectione appetitus Apoſtemate fugilico, & timore mortis, ultimum malum uaticinare potes. Cauſam autem horum accidentium ſcire uolens, legat Gale. in iij. re. cum hipo. q̃ ſi alia ſigna uolueris, remitto te ad librum pronoſ. Ipocra. & librum eius ſecretum: ac decimum Alman-

ſoris

foris, xxij. & uigesimo primo capite.

De regimine præseruatiuo.

Cum tota uis preseruationis, in fuga consistat: Arnoldo dicente, principale remedium est fugere, nō modo locum, sed etiam prouintiam. q. si quis infectus fuerit hac ægritudine, Deus cum sua ineffabili misericordia curet eum, ac si diceret, facilius est preseruare quā curare. Primū dictū sum psit ab Almansore, in quarto, de cautela ægritudinū. Fugere enim debemus cito, longe, et tarde reuerti: Omniū autē primum fugere debemus peccata, & tarde ad ea reuerti. Tunc enim Deus, qui languorum curator est, sine cuius nutu, ut inquit Zoar, nil horum fieri contingit. Nos & preseruabit, & curabit, intercessionibus sancti Martini, & Fabiani & Sebastiani, nec non presentissimi patroni huius regni sancti Stanislai. Fugienda conuersatio cum infectis, aut ab infecta ciuitate uenientibus. Culcitre lectisternia, uestimenta omnia presertim lanea uel linea, in quibus per decem & plures annos, malitiæ impressio detineri comperta est. Feles Catti, canes, per domos uicinorum uagantes fugienda. Infirmi et mortui non aspiciendi nec uisitandi. Hinc non laudo Pannonos, qui cadauera mortuorum in libitina iacentia deosculantur, quoniam multi ex hoc seipsos perimunt. Quod si propter reipub. ardua negocia manendum est in loco pestifero, tunc ad sex rerum non naturalium scilicet Aeris, cibi, potus, Somni & uigiliæ, inanitionis & repletionis: & accidentium animæ debitam obseruationem recurrendum. Quoniam & in preseruando tantam habent efficatiam, ut Serapio uir summæ experientiæ, & autoritatis, à quo medicorum princeps, multa eius dicta inseruit in eius libro tanq̄ probatissima, quinto practi. capitulo secundo, audeat asserere, errorem in sex rebus non naturalibus plus nocere, quam sint iuuamenta medicinarum, & idem sensit Auicen. quarta primi capitulo primo. Tamen in rei ueritate, difficillimum est ordinare debitum regimen in istis sex rebus, propter repugnantiam occupationum uitæ humanæ. Aer in Generali, presertim in æstate debet esse ad frigidum & potius ad siccum q̄ ad humidum declinans. q. si non potest fieri naturaliter, fiat artificio, ut per hoc resistatur non solum aeris putrefactioni, sed eius etiam malignitati. Spargatur ergo tota Camera ex aceto & aqua simplici, sed melius rosata & Camphora, quibus singulo mane lauet manus suas & faciem. Poma etiam & pyra odorifera ponantur ex quorum corticibus depilatis aut Mirtho & Thamarisco fiat suffumigium. Folia Salicum Violarum florum nenupharum prunorum aut uitis spargantur: uel fiant suffumigia ex thure solo cum Gariofolis: portetur spongia in aqua rosata muscata & aceto infusa quæ parum Aer

D expressa

Pomũ expreſſa etiam naribus apponatur: uel teneat hoc pomum in manu. Recipe terpentinæ ſæpius lote, et finaliter ablute in aqua roſata muſcata laudani re centis & puri. añ. ℥ 5. Roſarum ru. uiolarum, foliorum mirthi Gareofilorum Corticum citri Croci añ ℈ 1. Muſci gra. v. diſſoluta in aqua roſata, & fiat ex his pomum. Ignis etiam ex lignis quercinis aut ſarmentis uittium ſiccis in habitationibus fiat. Ipocrates enim plures ciuitates liberas fecit à peſte crebris ignibus per uiccos factis mane & ſero, preſertim temporibus nebuloſis, ut ſcribit Rabi 24 partic. ſuorum Afforiſ. & Gale. in lib. de Tiriaca ad Cæſarem: & ob id Athenieñ illi auream ſtatuam erexerunt, & pro Deo coluerunt. Aut ex fo-

Trocisci. liјs ro. rub. labruſci Coriandris ſiccis añ 3. 1. 5. Co ral al. rub. añ ℈ ij. floribus nenufarum ſiccis 3. ij. boli ar. turre ſigil. añ. 3. 5. pulueriſatis ſubtiliter, et cum laudano & aqua ro. fiant trociſci & exicentur, pulueriſato uno trociſco ponatur ſuper carbones in medio camere. Poſſent etiam fieri à medicis: ꝑñtibus aeris conſtitutioni, poma odoriſera: de

Lapillorum uis. ferant potentes iacinctos, ſmaragdos, granatos, in annulis, preſeruant. n. eos à uenenis, pauper autem deferat & odoret herbas odoriferas maioranam, ſathurea, yreos, & ſimiles. In aeris claritate aperientur feneſtræ domus, uerſus ortum aut occaſum

Boreas. aut ſeptemtrionem, uento boreali flante, qui frigidus eſt & ſiccus, rectificatiuus corrupti & peſtilentialis aeris, ex tertio Theizir cap. 1. & ij. primi doctri. ij. ca. de naturis uentorum. Auſter fugiendus eſt, quia terruit Auſter euntes. Nec minus iuuat, plateas & loca ciuitatum, ſeu uillarum, tenere munda, ne aeris maliciam augeant: quamuis multi dicentes uenenum debellari ueneno, laudent per uiccos & plateas ciuitatum ſeu uillarum abbicere cancros, porcos interfectos, in magna copia, et per hunc fetorem & modum, abigere credunt peſtem: quod experiri poſſunt ruſtici in uillis. Eadem ratione Auerro. 6. colliget cap. ultimo, extollit odorem Vrinæ hircorum. Quare ſeruentur hirci in do-

Cibus mibus. Cibi ſint facilis digeſtionis boni nutrimenti, diuerſificandi tamen, ſecundum diuerſitatem temporum, regionum, complexionum ut in Hyeme ſint multi nutrimenti, fortis ſoliditatis. Aeſtate econuerſo Colericis frigidi & humidi: Melancolicis dentur humectañ & parum calefacień. Illis autem in quibus ſanguis flegmaticus generatur, cibi pauci nutrimenti in quibus ſit caliditas et ſubtilitas: In quibus rurſus ſanguis bonus generatur et calidus, indigent frigidis nutrientibus pauci nutrimẽti ex Haliabate 5. Theoricæ, & hoc, quando dictas com plexiones uerſus temperamentum ducere, aut ab ulteriore lapſu preſeruare cupimus. Panis ſit bene fermentatus, in quo parum aceti tempore fermentationis ponatur, Carnes laudabiles pullorum, auium minutorum in montibus agris degentium lau dantur.

dantur. Ceruorum autem caro sicut equorum & Azinorum uitetur, & carnes potius assentur q̃ elixentur & preparentur cum rebus acetosis uel aceto uini, aut lemonibus, & condiantur Zeduaria

Species.

Cinamomo Croco Mace puluerisatis: fercula possunt fieri cum brodio carnium prædictorum. colatura furfuris, Auenata, Brodium ex ursibranca cũ uitellis ouorum recentium factum, comedantur. Etiam oua tremula. Aliqui doctores uolunt omnem cibum & potum esse actu frigidum: et uolunt semper ante cibum capiatur buccella una panis non in toto mundi à furfure intincta in aceto, aut tostura panis: post totalem autem cibum, ʒ. ij. dyacitoniten. s. specibus nil post ipsum bibendo. Pisces sint petrosi, post pisces nuces, post carnes caseum duces, post pyrum uinum. Isaac enim dicit. Si una

De uino.

nux cum una ficu sicca comedatur ante cibum, ab omni ueneno preseruat. Idem quinto. collig. Idem ij. Can. ca. proprio de nuce colligitur. Gale. in lib. alimentorum, cap. primo & ca. ulti. de cibis boni & mali succi. Caseus circa finem cibi in parua quātitate comedatur. Sapores confici possunt ex ace-

Sapor

tosa & Ruta, mellissa, basilica. Modum autem confectionis relinquo cocis, quorum quilibet habet ad hoc propria inuenta. Capares à sale purificate, aceto passulato cōcinnati prosunt, Extinguunt enim calorem & aperiunt opilationes & eliquant flegma, apetitũ prouocant, uẽtrem subducunt. Gal. 2.

alimentorum. Potus sit ceruisia in partibus nostris, defecata, non lupulosa multum, non turbida, aut grossa sed medioeris substantiæ. uinum sit album clarum acerbum aut rubeum ponticum & odoriferum, nõ aquatum commixtum: quia mollificat et debilitat stomachum: & generat in intestinis uentositatem, ex 35. cõmento 2. re. acu. Aqua potius bibatur gratia medicinæ q̃ potus, et hoc est quod intellexit Auicen. dicens aquam frigidam multam et subito bibitã, in una uice, aut pluribus uicibus, esse iuuatiuã ualde: gratia autẽ potus cum cibo permixta in magna quantitate nocet. Quia faceret sui ponderositate cibum indigestum descendere. Quãtitas autem & tempus cibationis non potest determinate mensurari, sed stant inestimatiua medici. Nec uelim morderi à quoquam ꝙ uinum admiserim, quia cauere debemus in preseruatione à rebus calefacientibus, ne corpus multum cogatur aerem attrahere. Sed quia maius est iuuamentum nocumento, uinum admittatur: Aut fiat Iulep tale Scabiosæ, Betonicæ, Endiuiæ, Acetosæ, Boraginis, Buglosse cũ earum floribus ana. M. 1. Florum Nenupharis Rosarum ru. Violarum añ. ʒ. ij. s. se. Acetosæ Endiuiæ Citri mundati añ. ʒ. v. Zeduariæ. ʒ. ij. se frigidorum, ʒ iij. Sandal. omnium berberis ana. ʒ. 1. s. contundantur contundenda, & infundantur omnia in ℔. 6. aquæ per duos dies in uase tecto & postea poneñ omnia in alembico ad distillan-

Vinũ non diluatur.

Aqua

Iulep

dum: deinde ad quamlibet libram aquæ adde Zucari albi, ℥. 6. & aceti optimi uini ℥. 5. & fiat Iulep, quod poteris aromatizare secundum exigentiam temporum cum calidis aut temperatis speciebus.

Sõnus

Somnus sit nocturnus septem aut sex horarũ, incipiendo ipsum super dextro latere, postea super sinistrum se reuoluat, resupine autem dormire uitet, & sicut somnus & uigilia utroq; modo magis facta malum, ita temperatus in sua hora: omnes operatiões naturales, uitales & animales fortes facit, ut secunda & teria primi. Infectus autem peste prohibeatur omnino à somno tota die, presertim post fleubotomiam, quia superfluitates, in somno trahuntur ad corporis profundum, & nocet uentri apostemato.

Exercitiũ

Exercitium sit temperatum & demane emißis superfluitatibus: potius intra quam extra domum factum. Quoniam Auerrois vij. colliget mirabilem causan sanitatis conseruãdæ in exertitio consistere dicit, à quo solus abstineat, qui Fulgentio teste, uult gaudio sanitatis carere. Vnde Rhasis xvij. continentis dicit quod in quadam peste fere omnes fuerunt mortui, præter uenatores qui exercitio usi sunt conuenienti. Exercitetur ergo quisq; secundum exercitium sibi magis consuetum. Laudatur deambulatio, Lucta, Ludus pile: q, si corporalia & peditatiua nolueris, assume mentis saltem exercitiã, sicut submisse cantare, legere, nunc historias gratas & morales, nunc theologicales per

per quas uirtutes ministrantes uegetatiuæ potentiæ, fortiores ad resistendum ægritudinibus & earum materiebus efficiantur. Non sit exercitiũ usq; ad sudorem, non uentre repleto post cibum immediate. Quia prohibet digestionem, & cibum corrumpit in stomacho: concludendo q, regimen plus attineat quieti q̃ motui. De inanitione & repletione, uitetur superflua repletio, & maxime ebrietas, morbos enim gignit, & fouet ut lib. de plenitudine, & 3. artis medicæ. & 1. aphor. cõmento 3. narratur. Abstineat à famæ, quoniam stomachum malis replet humoribus, tertia primi. Siue hoc sit ex eo, quia tempore famis caliditas facta intensior, humores nociuos aliũde attrahit, siue illos qui in stomacho inueniuntur extraneet, et corrumpat, uide Gale. ij. regi. acu. tex. cõmento 24. Accidit sæpe propter longam famem, q, stomachus cibum ab epate ad se trahit, illis uenis, quibus trãsmittitur ab eo ad epar cibus. etiam sanguis fertur nutriendi eius causa, ut Gale. de atra bile. Sitis etiam tollerantia inflammat. Inter prandium & cœnam sint octo aut decem hore, secundum uarietatem digestiuæ in hominibus, nec sumat cibum propter gulositatem, quia tempore Ipocratis & Platonis, ut Galenus in ultima partic. sexte refert, homines qui comedebant plurimum, stomachus & uenter eorum scarificabantur & fustigabantur, ne talis consuetudo redeat, uitetur ferculorum epularum po-

Vide Arist. 8. politicorum.

Tollerãtur famem

-tium

tuum uarietas, & omni die habeat completam superfluitatum euacuationem natura uel arte. Sic Auer. 6. sui colliget. Res uentrem lenificãtes hoc tẽpore esse dicit optimas. Accidentia animæ in omni peste uitanda, sicut cogitationes meticulosæ & aliæ paßiones, sed sint in bona spe gaudio & tripudijs, sint in presentia charorum, sonorum musicalium, bene sperent, & lætentur, nec unq̃ cogitent de peste, nec colloquia de infectis. nec strepitũ campanarum admittant. Imagnatio enim fortis facit casum. ut Gale. cõmento vij. primi prognos. & Auicen. ij. primi doct. secunda ca. xiiij. et primam iij. de Ilischi. & xv. tertij ca. de Ictericia. Preterea si fortis imagnatio secundum ipsum quarta parti. sexti naturalium ca. iiij. non solum imagnantis, sed etiam alienum corpus potest realiter immutare, quanto magis fortis imaginatio super pestilentiam cum forti timore mortis, proprium corpus imaginantis poterit ad ipsam alterare. Hinc iij. quarti ca. xx. Nocumenta animaliũ ex angustijs & sollicitudinibus corrumpũt sanguinem. Coitus qui inter animæ paßiones, propter delectationem in eo contingentem collocatur, uitari debet. Quia per ipsum uitæ principia, & sperma & spiritus euacuantur, uirtutes laxat, & corpus effeminat, pusillanimitatem & infamiam nobis parit. quod propter illam transeuntem delectatiõem mulieri nos subijcimus, & nil adeo stomachi & oculorum debilitatem

Paßionis animi.

Imagnatio.

Coitꝰ

bilitatem gignit, sicut immoderatus coitus. Quare uitetur, nec de scortatione cogitetur unq̃. Hoc etiam obseruandum est, cum aliquis peste, ex consanguineis aut eiusdem ætatis moritur, exeant domũ, nec cito reuertantur, donec aer rectificetur. Et tantum de regimine sex rerum.

De Regimine præseruatiuo Medicinali.

Istud regimẽ perficitur triplici intentione. Prima corporis mundificatione, à superfluitatibus & hanc tetigit Galenus 1. de differ. febr. cap. 4. et 6. de regimine sanitatis: premissa si necessaria fuerit digestione. Secunda rectificatione malitiæ cõplexionis. Tertia administratione beserealium medicinarum. Quantum ad primam intentionem dixit 17. conti. Iudæus, fac fleubotomiam & purgate, etsi purgatiões regulares iuxta dictum Senis 6. Anfor. 47. In uere fieri debent, prout etiam post Ipocratem Auicen. sentit iiij. primi cap. v. Quia tunc ut Reumundus in libello suo de Astronomia capi. de modo. Instinctus & motus & appetitus naturalis superiorum, mouet instinctum medicorum & Astronomorum, ad considerandum euacuationes, cum uer suum calorem, suam humiditatem, & odorem suum expandit, & frigiditatem & siccitatem consumit. Vnde tractatu primo cãti.

1. 2. 3.

Fleubotomia.

In uere.

canticorum 1 45. Ex farmatia est perfectum iuuamentum in Vere, possumus nihilominus urgente necessitate, in omni etiam anni et alio tempore purgare. Quando ergo in corpore cognosces multos humores peccantes tempore suspecto, aut dolores circa cor uel capitis subito factos, tunc sine etiam scitu medici, fleubotomare poteris Venam nigram seu communem, nec facias omni lunatione Fleubotomiam. Sed naturam imitare, quæ sanguinem pro ultimo Thezauro semper recondit. Si uero sanguis in plenitudine cum alijs humoribus parum aut non sit permixtus, farmacia minuatur, ex octauo commento secunde particule, dando minoratiuum in forma Boli, pillularum, aut potabili. facta minoratione digeratur materia peccans cum digestiuis appropriatis, digesta uero materia quod à posteriori scies, quando uidebis in Vrina substantiam mediocritatem tenere, & in colore rectificatam, et in fundo eius, immersa uidebitur ypostasis alba, coniuncta, equalium partium, Dyaphana: & figure piramidalis, prout colligitur ex sermonibus Ipocra: ij. prono. textu XXVI. & Commento ibidem ueritatem eorum demonstrantis, eradicetur tali uel simili Farmaco ℞. Reubarbari bene condicionati. ʒ. i. ß. aut ij. Spice grana iij. irroretur cũ pauco uini albi odoriferi. postea in sufficienti quantitate aquarum Endiuiæ & acetosæ, Scabiosæ infundantur prius buliendo, & stent per horas decem

Digestio materię ut sciatur

Farmacia

in infusi

in infusione: postea fiat fortis expressio, in qua dissoluatur electuarij lenitiui. ʒ. ix. dyaprunis soluti. ʒ. i. ß. addendo syrupi uiolati aut rosati ℥. ß. fiat potus mediocris, qui exhibeatur in aurora. Item si non habes Reubarbarum, accipe reuponticum aut reulithuanicum radicem inq̃, tempore inuictissimi Sigismundi, regis Poloniæ, in montibus Lithuaniæ repertam, Coleram & flegma citra molestiam educentem, in dupla proportione ad Reubarbarum de ipso ponendo in infusione, post farmacum uesperi accipe scutellam plenam cum brodio pulli macri & Zucharo, si abhorres Clisteria.

Reu lithuanum

Lauatum

Quod si sanguis nec in quali nec in quanto peccet, complebis ferme omnes intentiones, ista solenni et diuina decoctione, in pluribus iamdudum experta, reddit enim corpus mundum & siccum à superfluitatibus, principalia membra roborando, omnem nociuum humorem subito expellit ad exteriora per uiam releuationis naturæ, etiam malas & corruptas humiditates corporis equat, humores ad benignum reducendo, & datur infectis & non infectis, ad plus ter omni hebdomada, diebus interpolatis cuius descriptio est. ℞ Corticum citri, Corticum radicum caparorum Berberis, Verbene, Sandalorum rub. Spodij añ ʒ. ij. Gariofilate, Buglosse, Melisse, Boraginis, Cicoree, añ M. i. Acetos, Epatice Prassy añ M. i. ß. Scariole agrestis. ʒ. ij. se. cucurbitæ Melonis, Citrulli, Cucumeris, Violarum añ

Syrupus diuinus

 ℥. ij. Thi-

℥.ij. Thimi, Epitimi Sene, Polipody an̄. ℥.1. Aga-
rici albi cito frāgibilis Reubarbari electi an̄ ℥. ſ.
Mirabulanorum chebulorum ʒ.1. Mirabulanorum
citrinorum ʒ.ſ. Dyagridij ʒ.ij. Zuchari albi ℔.ij.
fiat Syrupus ſecundum artem & acetoſetur aceto
citoniorum Thimus Epithimus & Sene ſecundum
artem decoquantur ſecundum artem, & adde pa-
rum dyagridij Doſis ℥. 1. ſ. aut ij. cum Bugloſſe
aut acetoſe aquis. ℥.iij. in mane poſt cuius aſſum-
ptionem poterit per horam & mediam dormire.
Iſte eſt ſyropus diuinus quem Brixienſis aggrega-
tor Guil. de peſ. parte ij. ca. primo. in fine ca. cū Ele
ctuario quod etiam ponam reticuit: & tanq̄ res
Petrus de Tuſignano. ſecretiſsimas ſibi reſeruauit, quem Petrus de Thu-
ſignano ex autorum intentionibus compoſuiſſe fer-
tur, loco Reubarbari ponas ut dixi duplicem quan
titatem reulithuanici. Alter Syrupus noſtræ deſcri
ptionis, non inferior priore, Recipe herbæ Bora-
ginis bugloſſe uiolarum & florum earum, Betho-
nicæ ſticados an̄ M.1. Rad' Iris polipody querci-
ni Cicoreæ diptami al. zedoariæ Angelicæ Enulæ
an̄. ℥.ſ. ſe. acetoſæ Citri uel ozimi an̄ ℈ iiij, pru-
norum damaſcenorum numero xij, granorum ſe-
beſten numero xx. folliculorum ſene M. iiij. Agari-
ci groſſo modo piſti ℥.1. fiat decoctio ſecundum ar
tem quantitatis ℔.1. ſ. reſeruando debilia ad fi-
nem coctionis, ſtet v. horis, deinde exprimatur: &
dulcoretur cum ſyrupo de ſucco acetoſæ, aut ace-
toſitatis

toſitatis, Citri. q. ſ. nō clarificādo Doſ ℥.iij. aut ℥.
1. ſ. de tertio in tertiū diem, eſt enim ſolutiuus &
digeſtiuus, Si addes Reulithuanici electi in partes
inciſi ℥.1. colati & expreſsi: aut Pulpe mirabula-
norum Citrinorum Kebulorum ana ℥.ſ. erit uirtu-
oſior. Secunda medicina preſeruatiua in qua om- pillule Ruffi,
nes doctores conueniunt, qui poſt Ruffum fuere,
de quibus dicit q̄ nunq̄ uidit aliquem bibentem
hanc medicinam, qui non preſeruaretur & libe-
raretur à peſtilentia, & nunq̄ fuit inuenta medi-
cina ſibi par, deſcripta prima quarti ca. de fe. peſ.
& ab Almanſore in quarto ca. proprio, & Auer.
ſexto ſuo colliget. cap. ultimo. Cuius hæc eſt de-
ſcriptio. Recipe aloes Epatici ʒ.ij. Mirrhe Croci
an̄ ʒ.1. fiat maſſa cum uino, capiatur adminus bis
in hebdomada ℈ 1. uel ʒ. ſ. per horam ante exi-
tum à domo mane: niſi uenter eſſet lubricus: uel an-
te cœnam per horam, unam pilulam capere po-
tes, bibendo poſt eius acceptionem. quandocunq;
accipiatur uini pauciſſeri quantum os pro uice ca-
pit. Tametſi alij Paulum Aeginetam ſequuti, dicāt:
hoc medicamen in puluere ſumptum, melius ope-
rari: Communiter tamen redigitur in pillulas: quæ
facilius degluciuntur: Hæ namq; pillulæ, uere ſunt
iuuatiua: ut ingredietia demonſtrant: Purgant enim
per aloe & expellunt flegma, ut Auenzoar tract.
ix. cap. v. Et ſuperfluitates corruptas etiam imbi-
bitas & groſſas prima 4. cap. xvi. Et Melancho-

 liam

llam eudcuat autoritate Alfalamen. 2. conti: per aloem et mirrham: à corruptione preseruant corpus sanum: non minus q̃ cadauera. Et confortat cor per crocum: uinum autem est maximus penetrator, defert uirtutem earum ad omnia membra, quare confidas in eis etiam solis sæpe acceptis. Sed fiant ut ab antiquis sunt experte. nihil addendo, aut minuendo. Cadit nãq; in aliqua certa dosi forma occulta: quæ in alia nulla ab ea: reperiri potest: Non standum est inuentioni medicinarum per lectiones: sed oportet adherere ei quæ experta sunt. Vt v. canonis. summa prima cap. ij. dicitur. Quod experta medicina, melior est, non experta: Vnde zoar Arabs: male à quibusdam carpitur: Quod stercus columbinum admiscuerit farmaco, preseruante à pestilentia aerea, & aquea, cũ dicat se id non fecisse, a casu, & sine causa. imo elegisse ipsum ob hoc: quod grossissimum laxat humorem, quem subintrauit putredo: à malicia aeris inspirati. siue aquarum malarum. Hinc x. simplicium cap. xxvi. Quamuis turpe sit talia experiri: ut ait Gal. tamen optimus medicus. etiam rusticas medicinas scire debet, & eligere meliora pro honoratis. ob causam v. simpli. ca. xiij. assignatam. Nonne scribitur xvi. conti. autoritate Acharisti, & Zeherich. Stercus humanum potu datum cum uino & melle, conuenire omnibus circuitibus febrium. etiam omnibus uenenis: tam uiride q̃ siccum. Et Heluetius quidam

retulit

retulit se ex eo accepisse in peste, Cathapocia & liberatum. Rasis quoq; vij. Conti. exhibet per os: sicut & Asclepiades: ab extra & intra corpus forte rusticis dedit. Standum ergo in medicinis expertis ut xiij. Tertij ca. de Asmate. Sicut ego confido plurimum in trifera Persica: experta apud Persas: in feb. acutis: & pestilentialibus quocũq; tempore fiant, dando ʒ.vi. cum decoctione florum & fructuum cordialium q.s. cum succo roß puro: aut acetosæ. Electuarium preseruatiuum & curatiuũ. Electuarium

Recipe nucum maiorum numero 20. Caricarum pinguium numero 15. ruthæ M.1. Absinthij, scabiosæ: Cotule fetide, cœlestinæ añ p.1. Aristolo.ro. ℥.1.5. Aristolo. longæ ℥.5. tormentillæ diptani al. pimpinellæ baccarum lauri an. ʒ. ij.5. florum boraginis, Corticum citri, Galangæ, oßis, de Corde cerui, aut cornu unicorni, Macis mirrhæ, boli ar. terræsigillatæ añ ʒ.1.5. salis cõmunis ad quantitatem nucis magnæ, puluerisanda puluerisentur, & contundenda contundantur, & incorporentur cũ lib. ij. mellis despumati, aut q.s. & fiat electuarium, usus eius est, ut accipiat omni mane pestis tempore: ad quantitatem nucis Auellanæ paruæ, & bibat desuper si libet parum aceti boni, aut aquæ scabiosæ, & stet horis tribus ab assumptione cibi. Et hoc in uia preseruatiua. Cum primum autem sentit se quis infectum, prohibeatur à somno omnino, alias nihil proficiet, ut 41 cap. Auenzoar. Et mox Dosis

da do

da de electuario præfato: & deſuper hanc aqua-
rum mixturam, Endiuiæ, acetoſæ, roſarum, ſcabio-
ſæ ana. & ſubito poſt fiat flebotomia ſecundũ mo
dum Gentilis, oppoſitæ partis, ſi plectoria adeſt aut
eiusdem longinquæ partis ſecundum æſtimatiuam
medici præſentis. Pauper capiat ficcus ſiccas nu-
mero ij. nucem 1. folia ruthæ, 20. ieiunæ, aut 5. uel
6. grana, Iuniperi recentia. Electuarium pro diui-
tibus, eiusdem intentionis, quod eſt illius magni ui
ri Stephani Mediolanen. Recipe auri Ianuenſis li-
mati. ʒ. ij. margaritarum ʒ. 1. Camphore ℈. iiij. ſe.
baſiliconis ſpodij doronici zedoariæ an. ℈ iiij.
Sandalorum al. & rub. mirtillorum an. ℈ 5. Ci-
namomi ℥. 5. Muſci gra. aut Ambræ griſæ ℈ 5.
zuchari albi q. ſ. diſſolue zucharum cum aqua a-
cetoſæ, & adde ſyrup de corticibus Citri ℥. iij. Cu-
ius doſ eſt ʒ. ij. in mane, poſt quod bibat hauſtum
Puluis — boni uini. Puluis præſeruatiuus. Recipe diptami al
bi tormentille gentiane boliar. preparati Carline
ana. ʒ. 1. Sandal. al. rub. zedoariæ Coral. rub. Cor-
nu cerui uſti an. ʒ. 5. Camphore gra. 7. miſce fiat
puluis. Cuius ʒ. ij. quando ſentit malum cum aqua
ſtabioſæ & Endiuiæ, cum pauco thiriacæ ad men-
ſuram unius fabæ accipiatur, prius calefactis, co-
operiat ſe in lecto, & ſudorem expectet trium ho-
rarum, poſtea abſtergatur ſudor, & refocilletur
iure carnium cum uitello oui & mace & croco cõ
fectis. Poteris etiam ex pluribus electuarij diſſolu-
ti aut

ti aut morſellos aut confectiones in modum oppi- — Rotule
ate conficere ad libitum ægri. Aut recipe ſpecierũ
dyarhodon abb. pulueris ſaluificantis ſeu liberan-
tis ana. ℥. 5. tormentille zedoariæ roſarum ru. di-
ptami añ. ℈ 1. zuchari albi q. s. zucharo diſſolu-
to in aqua ſtabioſe fac confectionem in rotulis, de
qua omni mane ante exitum ẽ lecto capias rotulos
duos. Poteris facere ſuper pillul' Ruffi & ſuper
morſell', facta tua. Quod ſi exire aut loqui cum
hominibus contigerit etiam infectis, capies morſel
los ij. aut iij. Aut teneas Zedoariam in ore tempo
re frigido. Aut ex granis Iuniperi zedoaria &
draganti fient pillule in ore ſeruande. Pillule illius
magni Practici. Recipe mirrhæ boliar. Coral rub.
Karabe Croci añ. ʒ. ij. mirabulanorum emblicorũ.
℥ 5. Aloes ʒ. vi. fiant xij. pro ʒ. cum uino, de quibus
in mane ſumat. ʒ. 1. aut 5. poſt quas bibat hauſtum
uini electi. Aqua contra peſtem. Recipe tormentil- — Aqua
le diptami zedoariæ Carline imperatorie, angeli-
ce añ. ʒ. ij. Cardi benedicti, Camphore ſandal. om-
nium añ, ℥ 5. Muſci optimi ʒ. 5. ponantur omnia in
quinta eſſentia uini aliquoties diſtillati & ſtent per
8. dies, poſtea diſtillentur ad elembicum. Doſ ſa-
norum eſt quantum capit teſta nucis. Pro ægris. ℥
1. cum thiriaca optima. ʒ. 1. poſt cuius aſſumptionẽ
patiens cooperiatur, qui ſi non iuuenis fuerit uo-
mitum & ſudorem habebit, ſi iuuenis, ſudorem tan
tum, tunc ſpera bene. Rob ſiue ſuccus decoctus ad

spissitudinẽ herbe Acetose, et scabiose quã Ras. 21. continentis uocat herbam militis añ. ℥ 1. cum aqua Cisternæ, aut fluminis calibeata, mane epotum mirabilis est.

De thiriaca

Vtrum autem thiriaca, aut sibi similis medicina liberans à ueneno, possit dari homini sano? aut quærimus de medicina liberante à ueneno & confortante cor, ut sunt medicinæ uere cordiales, talis conceditur homini sano. Vel quærimus de medicinis corrumpentibus uenena, non uehementi operatione, talia etiam conueniunt quia ergo thiriaca bene fermentata: est temperata, propter refractionem qualitatum contrariarum simplicium eam ingredientium, & ad unum medium reductorum, ideoq; à forma occulta, cor confortat & calorem innatum in sano homine: quod experientia & autoritatibus habetur, ratione enim probari nequit. Ideo plus Auicenne credendum quinto Canonis capitulo de thiriaca, & de uiribus cordis cap. penultimo uerbo illo: homo autem temperate complexionis, si utitur altero ipsorum. &c. qui Galeno & Andromacho conformis est, q̃ Auerroi in suo de thiriaca. Teneo ego quod thiriaca homini sano, simpliciter uel sibi sano, quamuis in eo non sit humor uenenosus: confortat cor, & calorem innatum, per formam specificam, tamen per suam qualitatem potest aliquam disperantiam sano corpori inducere. Nec inconuenit hoc, sicut Coriandrum à proprietate resoluit strofulas, qualitate tamen

tamen prohibet resolutionem, Sicut & folia acetosæ laxant aluum, & semina eius constringunt, ideo pestis tempore dantur.

Dosis

Dosis enim & numerus dosium diuersificatur. Si datur ad puram conseruationem sanitatis detur raro & pauca quantitas: si ad conseruationem, cũ preuisione plus frequentibus: si ad curam et uenenum actu, detur plus in quanto, considerando tempus, ætatem, regionẽ, parum de ea pueris & senibus dando. & ista stãt inestimatiua medici. Doss. bis in hebdomada, uel de tertio in tertium diem in aurora ℈ ij. sex horis ante cibum, post modicum uini limphati cum aqua rosata aut acetosæ bibendo, & sufficit quatuor horis expectationis ad cibum. Nec aduerte in hoc stimulum medicorum Auerroim. Vide Galenum de commoditatibus thiriacæ libellum, & adhuc copiosius libellum eius ad Cæsarem compilatum, & inuenies mirabilia de ea. In morsu enim serpentis aut potatione alicuius ueneni aut potus medicinæ mortifere: propinamus ipsam, esto q. cibus sit in corpore humano ex 1. Theisir. Vide Rabij parti. Aphor. 17. 21. & 23.

De Regimine curatiuo.

SIcut febris Galeno teste viij. de ingenio ca. 8. est molestior omnibus morbis: quod & Isaac sentit primo febrium. Ita febris pestilentialis est molestior & periculosior, propter sui malignita-

tem, omnibus alijs febribus, quia pauca mora eius in corpore, causat exiciale periculum. Vnde eius materia à corpore expelli & proijci debet, prima primi doct. 1. ca. 1. colligendum. Et ideo ad curam eius festinando, dicimus eam cōpleri potione, Chirurgia, & dieta. Cura autem eius per instrumentum potionis per sex intentiones completur. Per discrasiæ febrilis alterationem. Secundo per membrorum principalium confortationem: spirituum depurationem & rectificationem. Tertio per materiæ euacuationem & diuersionem à principalibus. Quarto per digestionem humorum residuorū Quinto per defensionem à putredine cum opilationum apertione. Vltimo accidentiū correctione. Pre intellectis igitur illis duobus modis febrium pestilentialium supradictis: quando febris est quieta exterius lenta, cum pauca aut nulla putredine, & uirtutis debilitate subsequente, in tali non fac flebotomiam ratione euacuationis, sed diuersionis & preseruationis ab apostematibus prauis, & tūc à principio exhibe paruas pullas & aues cum acetosis ut agresta, citrangulis, alteratos: aut aquis acetosæ: de qua febre intellexit Rhasis in diuisionibus, ubi eam nominat febrem quiete caliditatis. Sed quia febris pestilentialis ut plurimum incipit cum uirtutis debilitate, cuiuscūq; speciei fuerit. Si uides uirtutem prosterni ualde: quod scies ex fluxu inuoluntario lachrymarum: sudore frontis, colli, & par-

In febri lenta

Cōfortatio uirtutis.

& partiū pectoris. Pulsu tardo, paruo, raro. Tunc cibatio est melior: ut prima 4. Tract. ij. cap. viij. Et Gale. cōment. ix. prime & xxix. Secundæ parti. Ex quo uirtus uiuificatur. cum cibo. Reficias ægrum sepicule: de iiij. in iiij. horis, parum pro uice dando: Ex xvij. prime parti: Spargere enim cum debilitate uirtutis est melius ægro: & sorbitionem post sorbitionem. cap. de tremore cordis: Buglossa detur: secundum omnem modum administrationis: Vnde in hac (inquit) plurimi eorum, qui uiriliter agunt: & super illud comedunt uiolenter: absoluuntur & uiuunt. Prima 4. cap. proprio: Et Rhasis in 4. inquit: In hac febre laborantes aliquid comedere sunt cogendi, scz ut bonitas ciborum & potus: resistat malignitati aeris: & ut uirtus sustentetur. Denter igitur Amigdalatum pultes ex farina ordei, brodium factum ex ursibranca cum ouorum uitellis: aut decoquatur in brodio gallorum non calcantium aut caponum uel hædi, alteratis cum acetosis prima. quarti cap. 4. quia appetitum incitant & calori resistunt: aut æger capiat de quatuor in quatuor horis unam scutellam de brodio, in qualibet scutella ponendo duo coclearia de Stillato aspersis cum pauco Maluatico & aqua rosata cum speciebus cordialibus temperatis pro cibo. ℞ caponem electum diuidatur in quatuor portiones quarum quelibet ligetur filis longitudinis cubiti in anglistaram pendendo, taliter ne fundum

Stillatū ut fiat

fundum uitri tangant: postea in os anglistare ponatur pannus cum pasta et circumligetur cum pargameno deinde in lebetem (ponatur anglistara q. fixe stet) plenum aquæ & buliat usq; fiat stillata. Scias autem esse perfectam: quando pedes caponis in lebete positi fuerint decocti, tunc habes quod queris: de quo etiam in syrupis dare poteris ad confortandum. Aut distilletur pullus per alembicum, aut distilletur ex auro potabili syrupus cordialissimus. Si scieris eum facere cum sola quinta essentia uini & melle uel Zucharo: absq; alijs corrosiuis & aquis fortibus. In potu des uinum boni odoris, cui aliquid aquæ dulcis sit admixtum, dando etiam parum uini optimi de meliori quod haberi potest ut puta de uernacino Ribola uel simili cum aqua scabiosæ uel rosatæ permixti. Est namq; uinum res multum conformis uenenatis, confortando & spiritus nouos regenerando, & superfluitates exsiccando, quarta primi cap. vij. colligen. Vnde Auicē. vi. quarti cap. de uenenositate ex medicinis frigidis uult Maluasiam seu uinum Creticū habere uirtutem uiuificandi. Quare Gale. iij. de simplici medicina dis. ij. ca. ij. dicit se curasse congelatum cum ea: uocans ipsam Lystos Aqua ordei potest dari in cuius uasis fundo in quo coquitur ponantur aliquot ducati, aut lamina Auri ignita sæpe extinguatur in tali aqua de qua interdum infrigidata bonam quantitatem sumere potest. Si autem febris

Vinū citrinū

febris pestilentialis est cū multa putredine, & magna ebulitione: uirtute & cæteris consentientibus, tunc iuxta Canones Auicē. 1 quarti fiat fleubotomia etiam euacuatiua, corporis mundificatione premissa: ex. vij. colligit, et cibentur tales ægri cum micha panis abluti in aqua ueri frigoris cum farina ordei, super quo fundantur acetosa, ut acetum agresta limones citranguli, & bibant aquam frigidam multam subito, etiam ad satietatem ut uult Guilel. Vnde & Rhasis in diuisionibus da eis in potu aquam ueri frigoris ualde, hoc est in bona quātitate. Et sic etiā prima & secunda intentiones compleri possunt simul in exhibitione istorum. Recipe trociscorum de Camphora ℈ ij. reformentur pillulæ numero tres, cū aqua ro. aut acetositate citri uel aceto. uel recipe Zuchari ro. dyabu glossati añ. ℥ s. margaritarum lucidarum limaturæ auri añ ℈ 1. Zuchari quantum sufficit, fiat mixtura, quæ exhiberi potest cū confectione tria sandal, et continuentur ista nunc unum, nunc aliud, à principio usq; ad finem. poteris etiam conficere aut Iulep syrupos electuaria, aut confectiones eiusdem intentionis. Ab extra uero non pretermittatur epitima cordis & Epatis refrigeratiuum, prout sexta intentione inuenies descriptum. Recipe aquarum borraginis, buglosse: Endiuiæ ro. añ. ℥ iiij sandalorū omnium ossis de corde cerui, spodij corticum citri rosarum añ ℈ 1. aceti uini albi ℥ 1. terenda terantur, &

In fe. multæ putredinis.

Intentio prima & secunda.

Epitima cordiale

tur, & misceantur simul fiat epitma cordiale, quod cordi applicari potest omni hora. Aut recipe specierum triasandalorum, ℥. s. corticum citri oßis de corde cerui añ ℈ 1. margaritarum splendidarum ℈ s. Croci gra. 7. zuchari tabarset in aqua buglossæ & acetosæ añ dissoluti fiat conditum in rotulis confortatiuum, de quibus capiat s. pro uice.

Tertia intentio. Tertia intentio completur cum euacuatione facta in principio, non expectata digestione materiæ, & in hoc sunt opiniones uariæ, una uult euacuationem etiam eradicatiuam fiendam in principio ante digestionem. Alia uult in principio solum modo lenitiuas medicinas dandas. Quarum quælibet habet rationes suas & motiua, Gentilis tamen concludens dicit, credo q̃ in pestilentialibus festinandū sit purgare, cum farmaco quod euacuat exsoluēdo Ego enim inquit uidi socios nostros uiros expertos qui in praua pestilentia dabant prima uel secunda uel tertia uel quarta die, in summa quam citius poterant, pharmaca euacuantia exoluēdo materias, quidam dabant reubar. alij agaricum, alij cumturbith: & aliquando dabant medicinas istas uigoratas cum pauca scamonea, & plures euaserunt per manus illorum q̃ qui procedebant cum lenibus lenientibus, fundantes se super uerbo Auicen. oportet ut incipiatur in ea ad euacuandum. Ego sequor in hoc Gentilem, & fundo me super Affor. Ipoc. x. quartæ partic. Medicari in ualde acutis si expedit eadem

dit eadem

dit eadem die, differre enim in talibus malum, & inchoantibus morbis si quid uidetur moueri moue. In statu uero habere silentium melius est, cum in istis febribus pestilentialibus quacunq; parte anni euenientibus, credo nullum presentius remedium & efficatius: q̃ in prima die uisitationis ægri, dare ei aliquid ex bezoarticis unicuiq; ueneno cordis uere contrarijs, aut dando trocifcorum de Camphora. 3. 1. cum aqua Acetosæ uel ro: per quatuor, aut quinq; horas añ prandiū: Considera post hoc signa si febris est lenta tunc procede cum bezoarticis & neq; fleubotomiam aut farmatiam cū ibi non sint materiæ euacuande, aliquo modo admittas, quia malum finem uideres. Si apparent signa multæ repletionis ac putredinis cum inflammatione &c. tunc si uides dominium sanguinis aut materiam mixtam cum sanguine & alijs humoribus: tunc fac fleubotomiam copiosam, quoniam ipsa multitudinem humorum euacuat, & corpus infrigidat, & adeo laudatur, ut eam nonnulli in fe: pestilentiali à quocunq; humore pendeat, raro enim reperitur huius salus peccās. 2. pronos. cōmen. 38. uirtute & cæteris consentientibus, audacter laudent fiendam usq; ad. ℥. viij. etiam usq; ad defectionem. & dicunt eam in hoc morbo obtinentes principatum: si fiat in principio, q̃ si à principio neglecta fuerit, amplius ei non est intentio, fiat ergo primo de Basilica dextra, deinde de sinistra ex Flebotomia

G xi. tertij

xi. tertij. ea. de curatione ægritu. cordis in gene-
rali. Nā fleubotomia facta primo ex baſilica dex-
tra, euacuat repletionem exiſtentem circa cor: fa-
cta uero ex ſiniſtra, uapores exiſtentes circa cor
educit. Præterea fleubotomia baſilicæ directius &
immediatius euacuat ab omni parte pectoris,
ut ij. re. acu. cōmento x. quod Gale. ibi pulcherri-
Potus me deducit. Sequenti uero mane poſt fleuboto. ex-
hibe Caßiæ cum aqua acetoſæ tractæ. ℥ i. reubar.
electi. ʒ. i ſquinanti gra. v. puluerum ſe. citri gra.
vij. Salis gemmæ gra. i. miſce cum ſ. q. aquæ ſe. cō-
muniū frigidorū et fiat potus mediocris. Pro deli-
catis uero fiat ſyrupus talis ſolutiuus. Recipe ele-
ctuarij Indi maioris. ℔. ſ. Agarici groſſo mō piſti
℥ ij. Succi ro. puri ℥ i. Succi acetoſæ ℥ iij. ponātur
in Alembico et diſtillentur Doſis ʒ. viij. aut ix. ſecū
dum uirtutis tenorem. Si uero materia fuerit alia
à ſanguine fiat euacuatio eo modo ut dixi Aut cū
medicinis benedictis, Autoritate Auenzoar mate-
riam propriam reſpicientibus. Reubar. & manna
Coleram: polipodium Epithmus & Sene Melan-
coliam. Agaricus uero flegma euacuat, preſertim
à ſpiritualibus, cui ineſt mirabilis proprietas ut tra
cta. ij. de uiri: cordis confortandi et letificandi cor,
quia aperit & laxat humorem turbidum & uene-
Agaricus noſum, & hinc collige quod Agaricus in feb. peſ.
prerogatiuam habet ſuper omnes alias medicinas
ſolutiuas. Eſt enim Auicen. cordialis, & democri-

to medicina familiæ, & mirabilis medicina apoſte
matum, euacuans omnes humores, exhibeatur er-
go in infuſione cum ſuo correctiuo aut cum alijs
permixtus, quia in ſubſtantia datus, uomitum pro-
uocat, & diſplicentiam habet. Quare in materia **Farmacū i materia mixta.**
mixta ex Colera & flegmate utaris iſto farmaco:
Recipe Reubar. electi pulueriſati ʒ. i. aut reu. li-
thuanici ʒ. ij. incidentur minutim et infundantur in
aquis ſcabioſæ, Acetoſæ, añ. q. ſ. uini albi ʒ. iij. ſtet
in infuſione per duas horas deinde infundantur ʒ.
ij. Agarici præparati ʒʒ. ℈ ij. dimitantur in infuſi-
one per octo horas poſtea fiat diligens expreßio.
Cui adde electuarij lenitiui aut Caßiæ cum aqua
Acetoſæ tractæ. ℥ ſ. Indi ʒ. ij. & fiat potus. Fit au-
tem Agarici cum Reub infuſio ſimul, propter ma-
iorem commixtionem fiendam. Quod ſi malles in **In forma pillulari**
forma pillularum, Recipe ſe. Citoniorum ſe. aceto-
ſæ, Croci mirrhæ diptami albi boliar. Coral rub.
Karabe margaritarum lucidarum fragmentorum
Iacinthi añ. ʒ. i. bdelij ℈ i. Agarici trociſcati ℈ ij
Emblicorum ʒ. ij. Aloes optime in aqua Endiuiæ
loti ad pondus omnium. conficiantur pillulæ cum
ſyrupo de Ribes, aut acetoſæ. 8. aut acetoſitatis Ci-
tri. doß. ʒ. i. uſq; ad ʒ. i. ſ. actu infectis, & ſunt mi-
hi crede ſolennes & ex parte in hoc, ſed in actu
præſeruatiuo, poteris interpolatis diebus unam ex
eis ſumere. ſed uide ne loco fragmentorum lapil-
lorum, ponant fragmenta uitri. Poteſt autem fieri

ex appropriatis huic febri per distillationem. Syruppus solutiuus pro personis delicatis ut supra memini, ponendo cum supradictis: aliquid de Agarico ad distillandum. Dosis autem eius uariabitur: secundum tenorem uirtutis ætatis. &c. In omni purgatione considerandis ut Mesuæ autoritate Alexandri, oportet inquit metiri medicamina: secundū mēsuram posse uirtutis cuiuslibet. Facta euacuatione qualicunq;, si quid remansit digerendum, fac hoc per quartam intentionem cum digestiuo materiæ appropriato. Cui semper adde aliquid aceti, et medicinas putredini resistentibus, cum mixturis cordialibus, postea residuum euacuetur secundum totum uel partem, facta digestione quā cognosces ex præmissis in regimine præseruatiuo medicinali. Quinta intentio completur per diuersionem materiæ ad exteriora ubi opus erit, modis conuenientibus ad id. Sexta intentio completur succursione accidentium, sicut syncopi, deiectione appetitus, generatione uermium, qui multiplicantur non solum in pestilentiatorum, sed etiam uenenatorum intestinis, qui quidem uermes sunt uenenosiores tempore pestis q̄ in alijs temporibus generati, cæteris paribus, & ideo ut plurimum tales sunt rubei aut uariorum colorum potius grossi q̄ longi quemadmodum uidi uermem in genitore meo febriente ex peste longitudinis pollicis manus. satis grossum presertim in capite, quod tendebat ad rubedinem fuscam: sic & cauda.

Doses medicinarum

Quinta

Sexta

cauda. Quem uiuum egesserat ex assumptione decoctionis centaureæ cum uino Crosneñ. Vnde & pater meus superuixit, postea tamen me absente atrocissima peste mortuus est, cuius anima quiescat in pace. Non solum ergo in curatiuo, sed & præseruatiuo regimine, attende si uermes sunt in corpore quod nōnulli ex Vrinæ odore agnoscūt, tanq̄ triti graminis, ne corruptionē in corpore augeāt, interficiantur & educantur. Recipe diptami santonici, seminis sancti uel herbe lumbricorum, idem enim sunt añ ʒ. ß. buliant in uino acerbo aut aqua graminis detur ieiuno, uel reulithuanici ʒ. 1. cum spica & aqua graminis propinetur: ungatur umbilicus & regio stomachi oleo absinthiaco in quo folia centaureæ & persicorum prebulita sint. Syncopi succurras quando uides eum incurrere in Lypotomiam cum ligaturis extremorum dolorosis, precipue crurium pedum & coxarum ad inferiora trahendo, fricationes brachiorum fiant, manus & pedes eius in aqua calida ponantur, Aut misce aquam ro. cum pauco uini Malmatici, applica naribus & pulsu brachiorum. Epitimetur cor si pauper est cum sola aqua rosata muscata Sandalis Cāphora: aut pauco aceto & uini malmatici, uel fiat epitma cordiale, Recipe aquarum rosarum Buglossæ Endiuiæ Mellissæ añ ℥ iiij. uini Malmatici. ℥ 1. ß. specierum cordialium temperatarum ʒ. ß. Musci Ambræ añ. gra. 1. aceti parum ℥ 1. misce & tepefiat

Vermibus

Syncopi.

Epitemacordiale

tepefiat in quo infunde peciam ex panno Scharlato aut Syndone rubea, quæ expressa applicetur calida supra mamilla sinistra ipsius ægri, sæpius iterando, et confert in principio febris pes. etiam ante omnem euacuationem, quemadmodum & cibamus in principio paroxismi & exacerbationis, & facta fleubotomia, mane sequenti si adest plectoria magna, farmacamus non obstante dicto Arnaldi, uolentis inter unam & aliam purgationem, mediare tres dies. Dolori capitis, fiat Epitma frontis ex aqua Nenufarum ℔ 5. rosate plantaginis añ ℥ 1.5. Aceti albi ℥ 1. misce & fronti cum panno lineo apponatur, aut ex oxirodino, Recipe olei ro. aqua ro. añ ℥ iij. aceti ℥ 1.5. misce.

Capitis

¶ Variæ hic positæ sunt medicinæ, eam ob causam, quod non est standũ in una medicina ut quarta primi ca. 1. Assumas itaq; modo unam, modo aliam, omni hebdomada, diebus interpolatis, in mane cum surgis, deinde sis ieiunus admi- nus quatuor horis.

De Bubone seu tumore inguinum.

Quoniam ad febres pestilentiales temporibus modernis, plurimum sequuntur apostemata & bubones: in emunctorijs, qui nihil aliud sunt, nisi dura, magna & profunda aggregatio materiæ, ex quibuslibet superfluis humoribus Commen. 33. quartæ parti. expulsæ à membris principalibus, cum adurente caliditate, siue fiant per uiam Crisis, siue q. membra fortia semper suas superfluitates, expellant ad debilia. 1. Primi cap. de membris in fine. Et ij. de diffe. feb. cap. ultimo colligendum. Et ita contingit, quòd apostemata extrinseca, interdum sunt germina, & effectus apostematum intrinsecorum. Vnde Gal. 1. de diff. feb. ca. v. in tumoribus inguinum, solent putrescere omnes simul humores, siue per unam, siue duas dies. Ideo Carbunculus inducit necessario febrim, Ex vij. Coll. Et Auicen. Althoim quidem multiplicatur in pestilentijs, & in regione pestilẽtiali, sic appellata, quia alta membra quærat, cor sczt. quod altius & sublimius est omni principali membro, ix. Tertij, dignitate: & nobilius, à quo omnia membra habent uitam: siue ergo hoc Apostema dicatur Antrax, siue Carbo, siue morbus sancti Rochi uel Blasij, adducit secum malam qualitatem, interficientem spiritum & cor, ex uia arteriarum, & ita perducit ad pulsum cordis, syncopim, et mortem. Quæ quidem apostemata interdum precedunt febrim, nonnunq̃ simul apparent & sequuntur, ex iiij. primi ca, 25. Licet de isto modo febrium, pauca à ueteribus expressa sint. Hippocrates enim iiij. separatorum sermonum Lv. In bubonibus febres factæ: omnes malæ, inquit. Et Aron xvij. Continentis. Si non est ulcus ma-

Aron

eius manus aut pedis præcedens febrem, nec ipsum apostema, sed sunt simul cum ea, febris est putrida maligna, iuxta modum malitiæ apparentis in ipso apostematæ. Et significatur repletio in membris nobilibus, unde & apostema glandidosum significat locum à quo fluit superfluitas, per locum in quo oritur. Nam læso cerebro signa apparent ut plurimum post aures uel circa, ex apostemate fugilico, iij. quarti dicto. Et profecto perpauci euadunt in quibus ista apostemata fuglica post aurem apparent. Et ob hoc quidam asserunt Rhasim ca. de exituris, quæ fiunt in inguinæ, de eis, quæ fiunt in radice auris, nil specificasse, Corde læso apparet signum sub ascellis seu titillicis. Epate autem nocito, in inguinibus aut locis circumiacentibus: ostenduntur homini apostemata maliciosa, utcunq; uocentur. De nominibus enim non est curandum, habita eorum intentione. ij. Therapen: cap. vij. Quũ primum ergo aliquod horum uidebis, fac euacuationem cum speciebus ambabus curationum, scz fleubotomia, & solutione uentris. Cum enim ægritudo fortis et difficilis est: in membro principali, propera: & euacua per flebotomiam, assellationem, & uomitum, quamuis non apparent signa digestionis, ut Rabij particu: viij. Primo igitur die fac flebotomiam, nisi tres aut quatuor dies habuisset febrem pestilentialem, Et deinde sequutum esset apostema, tunc caue à flebotomia, sed conferta in hoc

in hoc casu uirtutẽ, nec des medicinas solutiuas, quia talia corpora subito resoluuntur. De qua autẽ parte, et quomodo debet fieri flebotomia, Auic. tertia quarti, nil specificat. Proquo sciendum si Antrax uel bubo apparet in loco emunctorij colli, ex latere dextro, tũc fiat flebotomia cephalicæ inter pollicẽ & indicem ex manu sinistra, aut de Zaphena pedis dextri. Si bubo est in inguinæ dextro, incide Basilicã dextræ manus, uide xxiij. Tertij. de apostematibus calidis testium. Si uero sit in sub ascellis in parte dextra, incide zaphenã pedis dextri. Sunt nanq; tres uenæ quæ cõmuniter flebotomãtur. Quarũ prima Cephalica à furcula pectoris supra, Basilica ab alijs partibus, Communis uel Mediana, euacuat ab ambobus locis, Quia ut in anathomia uidetur, ipsa uena cõmunis, oritur ex basilica & Cephalica unde primus ramus uenit à basilica, & alius à Cephalica et uniuntur insimul: facientes cõmunem uenã, quæ sic apellatur, quia cõmuniter à toto, et superioribus & inferioribus partibus euacuat. Corelauium si non reperitur Basilica incide cõmunem: Idem fac de Cephalica, casu quo nõ reperitur. Itẽ si bubo est in inguinæ, incide Basilicam, quod si nõ possit fieri, de cõmuni eiusdẽ partis fiat. Si autẽ apostema est sub asscellis, incide Cephalicam, Sin cõmunem uenã. Præterea quando flebotomas ratione plectoriæ, fiat de mediana. Sed si id facis ratione deriuatiõis fluxus ab apostemate. Si apostema est in collo, fiat de Cephalica aut communi, Si in inguinæ de Basilica uel cõmuni. Si sub ascellis, incidatur cõmunis uena secundum Auicẽ.

Flebotomia unde.

H Sequentẽ

Secundum Auēzoar cu. de hyctritia legatur.

Sequenti die exhibe medicinā, non solū particulariter sed uniuersaliter purgantem. Vnde quidā magnus uir non pretermittendo Besoartica unicuiq; uenenositati cordis uere contraria: per 5. horas ante cibū citissime danda. Cōfidebat in Pillulis Cochijs Almāsoris: aucta Dosi. Aut factis pillulis ex quinta essentia Radicū elle bori nigri cū floribus Nenufaris rectificati, et in formā solidā redacti, quia ex toto corpore educunt: absq; horribilitate ut secundo Canonis. Auicēna Cap. proprio narrat. alij dāt sicut sæpe exhibui ʒ. 1. 5. Pulueris Serenissimi Sigismūdi Regis Poloniæ, cū uino et aceto ante calefacti, cooperiēdo ægrū ad sudores usq;: qui sequitur.

Puluis Regius

Recipe zedoariæ diptami albi tormētille rubee, Coral rub: terræ sigillatæ, preparate cū aqua acetosæ ān ℥ 1. misce. Emperici autē exhibent pill' 1. ex ℈ 1. pulueris precipitati factā: cibo prius accepto: et multos casualiter sanant, sed suadeo alchimica ista nō exhibeas intra corpus, quia corrodēdo nocēt ualde. Nihilominus quidā infectis peste: priusquā transeāt xxiiij. hore: dant eiusdē gra. v. aut vi. iuxta uirtutē ægri: cū ʒ. 1. & 5. mithridati, et ℥ 5. syrupi acetositatis citri & ℥ ij. diabuglos. simul mixtis: pannis tegendo ægrū, ad sudores tollerandos, et sic purgant pestē, per superiorē & inferiorē portā. Tandem confortant ægrum,

De thiriaca dynus

Quamuis Dynus non concedat in casu thiriacam, ego tamē probabiliter teneo, qu... facta purgatione: thiriaca conueniat, quia fugit uenenū à tota specie, & resoluit materias derelictas: facitq; ad expulsionē materierū ad extra, eas in uaporē eleuando, & hoc est maius

maius iuuamentū, quā sit illa parua superealefactio nocumentū: quādo datur in parua quantitate: et hora frigidiore, Etiā quia humores temperat: ex v. Megategni: et uulnera mūdat et lauat à saniæ. Ideoq; Auic. iij. quar. cap. de regmine exiturarū intrinsecarū: laudat thiriacā & mithridatū, in quo est iuuamentū expertū: expellēdi nocumēta ueneni ut sexta quarti cap. 1. quare in casu securiter administrentur.

Tertio.

Post flebotomiā et farmaciā, reuertaris inquit Auicē. ad cōfortandū cor: est enim uitæ fundamentū, cū Epithimatibus, et cibis frigdis et acetosis, ipsum infrigdādo cū odoramētis, ex rosis cāphoræ, Nenufaræ, et Sādalis, ponendo istud. Epithima tepide supra regionē cordis.

Epithimacordis.

℞ Sandal: omniū Boliar. ro. rub. se. acetosæ, ān. ʒ. ij. se. portulace, lactucæ, ān ʒ. 1. cāphoræ. ʒ. 5. terēdaterantur et simul misce in modū unguenti cū aquis rof. plantaginis farinæ ordei q. s. et puto hoc plus ualere, quā epithima cōmune ex aquis cordialibus: quia ipsum cor infrigidat, et stipticat confortando: nō permittens fumos malos ad cor ascendere.

Quarto

Vltimo scias quod in principio bubonis spōgia infusa incōstringentibus & infrigdātibus scilicet aqua aceto: aut oleo rosato mastichis uel mirthino, poni debet nō in circuitu sicut Dynus torquet textū: sed supra locū cū modico thiriacæ: ut prohibeāt Corosionē: & exsiccēt materiā, ratione suæ stipticitatis: uide Auer. vi. colliget: cuius uerba eadē sunt cū uerbis pricipis hoc in loco: Sic Gal. Particula vi. de Thiriaca ad Cæsarē: de filio pisonis loquēs supra apostema pueri supra plagā: uelut unguētū cū oleo

oleo Ro. dissoluta posita: et sufficit ad liberationē hominū à peste. Quē sequitur Gordonius de morsu canis rabidi. Rhasis enim et Dynus: dicūt de repercussiuis nō ponēdis supra locū et bene. Sed ista hic numerata: sunt potius rectificatiua et remotiua male cōplexionis ca. Vtrū aūt apostemata ista uenenosa semp sint calida? Videbis tēpore pestis nō calida sed frigida etiā, quia alba, magnæ quātitatis sine aliqua mutatiōe coloris naturalis, cū urina subiugali, ingredinæ linguæ, alienatione mētis, à quibus alij sanātur, alij moriūtur, ut plurimū aūt fiunt ex diuersis humoribus ut prio de Acci et morbo: et 3. quarti ca. 1. In augmēto aūt et statu Bubonis, remoueatur uenenositas eius cū ferro ignito. præmittēdo euacuationē ut vij. Colli. Sic enī humiditas talis et materia cōiuncta: cōsumitur resoluitur incineratur: & locus cōfortatur. Deinde remoueatur eschara cū apositione butiri aut emplastri: facti ex malua, farina ordei se. lini: fenugreci, maluis decoctis ad spissitudinē. Vltimo curetur cū unguentis ulcerū: usq; ad totalē eius curationē pro quo consule Rolandū in ij. Brunū in secūdo libro ca. v. Theodori cū in tertio ca. xij. Rogeriū tract. ij. ca. iij. & Largalatā in primo ca. xiij. Vtrū aūt cauteriū ponendū sit in cura carbūculi: aut alterius apostematis uenenosi: aut uenietis tēpore pestis? quod sic defendi potest: ex Rhasi in diuisionibus: cap. de antrace, et expositione prima humorū: et ultimo ingenij: ac v. Cathagenis, et vi. expositionis, vi. epidimiarū, antiquæ trāslationis, inquiētis. Cauterisatio cū ferro candēti, uel medicinis adurētibus

Questio de cauterio

adurētibus: debet fieri in locis ubi sunt ægritudines fortes: & ulcera mala. Poni autem debet supra locū corticis: nō circū circa ut ij. ad Glauconē: et Alzaharauius de cura morsus rabidi canis: cauterizetur cito locus morsus cū igne: profunde et ample, aut superpone aliquā medicinarū calidā et urentē: si nō potest fieri: superponatur loco: uētosa magna cū scarificatione: et nō cito cōsolidetur. Idē author ca. xij. de apostematibus antracis: ante omnia cōserua uirtutē ægri: et infrigida cor ꝓ toto posse: quia in casu cito uirtus cadit, et superuenit fluxus uētris, et moritur æger. Tū quia est cōsuetudo multorū: apiū enim raninū: quod uulgo, pes corui, milui, aut anseris coronoposue dicitur, est forte abstrahēs, et in paruo tēpore uesicās: cōtusum super membrū positū. Vnde emperici quidā si bubo est post aures aut sub titillicijs: radicē aut folia eius herbe: cōtundunt inter duos lapides: & implent testā nucis: apponūtq; ad pollicē manus: intra duas iūcturas, aut supra manū ab extra, eiusdē tamē partis Et ad pollicē aut cauillā pedis: bubone existēte in inguinibus: et permittūt vi. horis applicatū, in quibus ut plurimū fit uesica: quæ leniter forpice incidatur, et acu filato traijciatur: nec cito cōsolidetur: et dicūt se omnes infectos eo modo curare si infecti nō dormierint, ante appositionē herbe: sed cōcedunt somnū post applicationē, modo possent dormire: postea cū solo unguento ex cera et oleo se. lini añ cōcinnato sanātur, seruāt autē herbā in hyeme in cellarijs, olla et arena pro necessitate. Quod si uirtus fueris debilis: & seua

Coronopos

accidentia: & membrū repugnās: & materia carbo-
nis apta digeri: si diligis uitā & honorē: Caue à cau-
terio et scarificatione. Qui aūt abhorret fleubotomiā
super pone uētosas cū scarificatione sub apostemate p
tres digitos, si est in inguinibus. sed si fuerit sub ascel-
lis, uel aure, fiat sine scarificatione et ponatur una sub
Empl. attractiuum alia, et postea appone emplastrū attractiuū. ℞ Cepe
squille partē unā, radicū Rafani partes duas contū-
dantur simul in mortario & misceātur, de quo pone
sæpius in die super loco apostematis, Postea solū ex
farina fenugreci ficubus siccis & enisco, cæpe lilij, se.
lini & fermento in proportione maiori cū oleo Ca-
momille liliaceo & Croco coctis in dulci lixiuio: po-
natur super locū, et tandē nō erit necessariū, nisi cu-
ratio ulceris, ut ulcus, quod explebit dyapalma: Si ue
ro flebotomiā, nec uētosas admittere uolueris. ℞ tres
Sāguisugæ. sanguisugas rectificatas: ponātur in uentosa uel uitro
paruo, applica loco dolēti in quo recollecta est talis
pestis: ungendo prius locū cū sanguine colūbi, post ca
sum sanguisugarū fluat sanguis ad libitū, deinde si o-
portunū fuerit apponatur emplastrū maturatiuū, Sed
quoniā pueri et infantes: etiā quidā delicati homines,
nō possūt aliquod prædictorū ferre, Recipe pullos gal-
linarū deplumetur anus eorū, ponēdo de super parū
salis minuti ratione melioris attractionis, applica a-
nū pulli ad Bubonē: mortuo uno pullo apponatur al-
ter, & fac hoc donec unus aut plures remaneant uiui
ex pullis: et ista cura est ualde familiaris et absq; do-
lore: Vel Reci. herbas attractiuas, aperitiuas, et mol-
lifica

lificatiuas, aut calamentū, pulegiū, mentā, Isopū scabi
osam folia sambuci malue perforate absynthij uerbe-
ne añ M. 1. 5. aut q. s. buliāt in aqua cū pauco aceti u-
nica bulitiōe. tandē ponātur in uase mūdo, ipsum ua-
pānis in uoluēdo, ne lectū polluat, et situetur peste exi
stēte in inguinibus ad pedes ægri, si est sub ascellis uel
collo, ponātur illæ herbæ circa loca infecta capiēdo la
teres calidos inuolutos pānis lineis in aqua predicta
madefactis quia pauci moriētur, si ex hoc sudauerint.
Et ideo cū bona coopertura, aut puluere Richardi,
aut similibus ingenijs, uelut exhibēdo aquā Thiriaca-
lē descriptā in libello nostro de morbo Gallico, et ma
xime quādo subito sentis dolorē capitis, et febrē, esto
q nullū signū in quo pestis collecta sit etiā usq; ad ter
tiā diē ostēdatur, quia multos isto modo cū auxilio dei
sanabis, et immediate post sudores, Vrina quæ prius e
rat sediminosa uidebitur rectificata. Ego etiā existimo
cū principe v. canonis et cū Alzabarauio tract. xv.
parū medicinarū esse melius plurimo earū, licet Auē-
soar et Auer. aliter senserint: plurimū cōfido in simpli
cibus, nō solū Petro Ebano, Christophoro de honestis
Magistro Santo de Ardoinis. in trac. suis de uenenis
sed etiā alijs modernis enumeratis: quia post Dyos.
et Gale. multæ sunt herbæ reperte: ultimi iuuamēti, et
ualoris uelocis, sicut ualor Cāphore in ægritudinibus
pestil: ca. et muscus frigidis, ut Hali 1 9 3. cōmē. Tech
ni Reci. Diptami al. 3. 1. gra. Iuniperi numero. vi. sub-
tiliter pistorū Dyabuglossati. ℥ 1. fiat mixtura: et de-
tur etiā actu infecto: cū uino et aceto, Deinde coope-
riatur

riatur pannis. In Raphano minore quoque modo assumpto: perhibetur maxima uirtus cōtra quodlibet uenenū, Lutū sigillatū: quod Auic. uocat lutū diuinū, cōteratur subtiliter & lauetur cū aqua acetosæ quantū inbibere potest, deinde exicetur: et iterū cōteratur, sic fiat ter, Vltimo cōteratur et reseruetur usui: facit enim quiescere uapores putridos & putrefactionē, stipticādo cor ne sit capax impreßionis, nec facit cessare uomitū, donec uenenū expellatur, Hoc idē de bethonica Tormentilla Angelica Cardo benedicto herbis, aut succo earū, aut Pulucrisatis in potu datis affirmāt Dosis luti sic preparati ʒ. 1. s. cū Syrupo Acetositatis citri, aut aqua acetosæ et buglosse, Hæc itaq; sunt dignißime Presul, quæ mihi ad scribendū cōtra hanc luem pestiferā selectiora uisa sunt: quibus Deus omniū lāguorū curator: sua benignitate, uirtutē optatā: et effectū desideratū largiatur, ad laudes eius sempiternas: qui sit Benedictus in sæcula.

Terra sigillata

FINIS.

mihi. Jag.